UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Selnecceri Christliche vnnd notwendige verantwortung auff der Flaccianer Lesterung/ so sie auff seine vnd etliche andere vnschüldige Personen in jhren verdechtigen Actis des Colloquij zu ...

Selnecker, Nikolaus

Gedruckt zu Leipzig, 1570

VD16 S 5498

handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-36901

Visual Library

Auguſtinus ad Fortunatianum ep. [illegible]

Neq quorumlibet diſputationes, quamuis Catholicorum & laudatorum hominum, veluti Scripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat ſalua honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid ex eorum ſcripturis improbare atq reſpuere.

Ambroſius de Virginib. lib. 4.

Nos noua omnia, quae christus non docuit iure damnamus, quia fidelibus via chriſtus est. Si igitur christus non docuit, quod docemus, etiam nos id deteſtabile iu-dicamus.

August. lib. 2. contra Creſconium

Grammaticum cap. 32.

Ego huius Epiſtolae autoritate non teneor, quia literas Cypriani, non vt Canonicas habeo, ſed eas ex canonicis conſidero, & quod in eis diuinarum Scripturarum autoritati conuenit, cum laude eius accipio: quod autem non conuenit, cum pace eius reſpuo.

Tria his verbis docet August. primum ep., magnum inter Scripturas Canonicas & patrum ſcripta, eſse diſcrimen. Alterum, quod cum iudicio ſint legenda iuxta Pauli doctrinam: q omnia probare, & quod bonum ac ſcripturae conſonum ep retinere iubet. Tertium, Scripturam ſacram, in omnib. reb. dubijs ac controuerſijs, vnicam eſse Iudicem.

Idem ad Vincentium Donatiſtam Ep. 48.

Noli frater, contra diuina, tam clara, tam indubitata teſtimonia, colligere velle calumnias ex Episcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorum, ſiue Hilarij, Primo, quia hoc genus literarum, ab authoritate Canonis diſtinguendum est. Non enim ſic leguntur, tanquam ita ex eis teſtimonium proferatur, vt contra ſentire non liceat, ſicubi forte aliter ſenſerint, quam veritas postulat. &c.

Item ad Vincentium Victorem lib. 2.

Negare non poſsum, nec debeo, ſicut in ipſis maiorib. ita multa eſse in tam multis opuſculis meis, quae poſsunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culparj.

Item ad Hieronymum Ep. 19.

Ego enim fateor charitati tuae, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam Canonici appel-lantur, didici hunc honorem timoremq deferre, vt nullum eorum authorem ſcribendo aliquid erraſse firmiſsime credam, &c. Alios ita lego, vt quantalibet ſanctitate doctrinaq praepollent, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per illas canonicas, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, perſuadere potuerunt, &c.

Auguſtinus ad Paulinam de videndo Deo.

Si diuinarum Scripturarum, earum ſcilicet, quæ Canonicæ in Eccleſia nominantur perſpicua firmatur autoritate aliquid, ſine vlla dubitatione credendum eſt; de vero teſtibus, vel teſtimonijs, quibus aliquid credendum eſſe ſuadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem, ad faciendam fidem vel habere, vel non habere perpenderis.

Ambroſius lib. 1. Officiorum.

Quæ in Scripturis ſacris non reperimus, ea quemadmodum volumus, uſurpare poſſumus.

Chryſoſt. in opere imperfecto in Matt. Homil. 49.

Oſtendens per hæc Dominus, quomodo ex ipſis Eccleſijs veris, frequenter exeunt ſeductores, propterea nec ipſis omninò credendum eſt, niſi ea dicant vel faciant, quæ conuenientia ſunt Scripturis.

Theophylactus in Ep. ad Rom. Cap. vlt.

Qui aliquid afferunt præter Apoſtolorum doctrinam, ſcandala ac hæreſes, & diſſenſiones inducunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN